

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Dialogus quintus de iusto

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

sibi ipse effectus, in se tria ipsa contemperans tanquam tres terminos harmonia, neates, hypates, & media, hoc est, octava vocis, et grauis, quinta, seu quavis alia media fuerit. Itaq; hac ora nectens, ipseq; undiq; vnus effectus ex multis temperans atq; concinens, ita demum agit siquid agit, vel circa pecunias acquirendas, vel corporis cultum, vel etiam circa ciuilia, aut priuata comercia, in his oibus actionem illam iustam & praeclarā existimans, qua habitū hunc per agit atq; seruat. Sapientiā verò operationi huic praesidentē scientiam: iniustam aut operationem qua hanc dissoluit, insipientiam: deniq; operationis huius ducem, opinionē. Vera prorsus, o Socrates, loqueris. Si ergo nos inuenisse dixerimus iustum virum, & ciuitatem iustā, quidue in vtriusq; iustitia sit, haud forte multū, vt arbitror, mentiri videbimur. Nō per Iouem. Afferendū igitur. Proculdubio. Esto itaque. Enimvero deinceps de iniustitia considerandum videtur. Planē. Seditiōne quandam horum trium iniustitiam appellare decet, curiosamq; & variam alieni operis vsurpationē, & insolentem partis cuiusdā prauaricationē aduersus totam animam rebellantis, insurgentisq; ad imperandū regio animi generi, cui seruire eam natura iubet. Talia quaedam, vt arbitror, atq; horū turbationem erroremq; iniustitiā esse dicemus et intemperantiā, ignauitiā, insipientiam, et uniuersam deniq; et prauitatē. Hae prorsus ita se habent. Nōne satis iā perspicue patet, quid est iniusta facere et iniuriari, ac rursus quid agere iusta, quandoquidem iustitia & iniustitia patent. Quoniam pacto? Quia nihil à salubribus et insalubribus differunt. Nepe vt haec circa corpus, sic circa animam se habent et illa. Qua rōne? Salubria quidem sanitatē inducunt, insalubria morbū. Planē. Similiter quoq; iusta agere, iustitiā gignit in aīo: iniusta facere, iniustitiam. Necessē est. Est aut sanitatem inferre, ita que in corpore sunt disponere, vt secundū naturā ipsius ordinem inuicem superentur et superent. Morbum aut inducere, vsque adeo corporis partes inficere, vt cōtra naturā legem dominantur inter se subicianturq;. Est ita. Eadem rōne iustitiam praestare cuiquā, nihil est aliud quam animi partes in ordinem suum digerere, vt ad naturā normā pareant atq; imperent. Iniustitiā verò vt contra naturam exuperent inuicem ac succubant. Prorsus. Virtus igitur, vt apparet, sanitas quaedā est, & pulchritudo, & robustus animi vigor. Prauitas cōtra morbus, turpitudine & imbecillitas. Est vt dicis. Nōne igitur exercitationes honestae ad virtutem acquirendam conducunt, turpes ad prauitatē deducunt? Necessē est. Restat vt videtur, discutiedū, nunquid proficit agere iusta, honesta colere, esse iustū, siue occultum id cuique sit, siue non: An iniuriari & iniustū esse, si modo non det pēnas, neque fiat castigatio ne melior. At mihi quidem, o Socrates, ridicula disceptatio ista fore videtur. Siquidem corporis natura corrupta, videtur non esse viuendum, neq; et in summa epularum & poculorum oīum affluentia, cunctis diuitijs, & totius orbis imperio. Natura verò eius quo viuimus, polluta atq; corrupta, num viuendū erit, si quis quodcumq; lubet, aliud agat quam hoc vnum, vnde ab improbitate iniquitateq; liberetur, iustitiam verò & probitatem adipiscatur, postquam talia haec vtraq; qualia narrauimus, apparuerunt. Ridicula profecto. Verum posteaquā

eo deuenimus, vt quā certissimē fieri pōt, quod haec ita se habent, perspiciamus, minimē desistendum. Per Iouē minimē omnium. Age igitur, inquā ego, huc accede, vt videas quot species improbitas habet, vt mihi videtur. Attende nunc. Nempe haec digna spectatu. Sequor equidem, dicas modo. Atqui tanquam ē specula quadam, postquā huc ratiocinando cōscendimus, vna mihi species virtutis occurrit, prauitatis innumera. Ex quibus quatuor quidem modi potissimum sese offerunt, quorum meminisse oportet. Quō istud ais? Quot sane rerumpub. modi sunt species suas habentes, totidem esse & animae ipsius apparent. Quot? Quinque rerumpub. quinque rursus & animae. Dic quales. Vnū aliquem reipub. modum esse hunc assero, quem exposuimus. Duabus verò appellationibus declarari potest. Nam si inter principes ciuitatis vnus quidam sit oīum praestantissimus, regnū vocabitur. Sin autem plures, gubernatio appellabitur optimatum. Vera narras. Hanc vnam ideo speciem esse dico, quia siue plures gubernent, siue vnus, nullus qui ita, vt diximus, educatus & eruditus fuerit, quicquā existimatione dignum in reip. legibus permutabit. Neque enim consentaneum esset, inquit.

Virtutis
vna species,
prauitatis
innumera.

Rerumpub.
modi quinque

DIALOGVS
QVINTVS DE IVSTO.
MARSILII FICINI
ARGVMENT.



NON sum necius fore nonnullos qui Apologia à nobis expectent, qua quintum hunc dialogū cōtionem omnium in ciuitate ponentem, defendamus contra calūnias, tum maledicorum, tum etiam ignorantium. Verum legant Platonem ipsum, precor, legant diligenter, ac sine inuidia indicent, Apologiam (scio quid loquar) nullā desiderabunt. Plato igitur Phaebeus humani generis medicus, quū animaduertet et singulos hoīes et familias & ciuitates semper & vbiq; grauius agrotare, neq; vllis haētens ciuiliū medicorum medicamentis tot secula iā frustra curantū, vel liberari morbo, vel salte leuari paulum, atq; minimū conualescere, tam prudenter quā pie ad legem illā se contulit praecipuā apud medicos, qua medicinae sanctiū auctores, si quis medicamentis talibus, puta frigidis, diu adhibitis minimē cōualescat, esse tandē rite ad calida transeundū. Cognoscēs ergo genus humanū per leges distribuentes ppria tot seculis nihil proficere, imō verò in deterius quotidie labi, non iniuria ad amicitiae se trāstulit leges, cōia inter amicos oīa fore iubentes, vt diuisione diuisioniq; et miserie sublata causa, cōcordiam, vniōne, felicitatem cōsequeremur. Sed aliter rursus exordiamur. Socrates in principio quartae disciplinā educandae iuuentutis cunctis legibus anteponens, raptim attigit, videri optimā disciplinam fore, si vxorum, filiorum, rerum cōio fiat. At quoniam res est & noua quā plurimis et plurimis inaudita, reuocatur ad eā statim in principio quinti declarandā apertius et firmiter cōprobendam. Iam verò & si à Critia et Timaeo didiceris disciplinā similē extitisse quondā apud Graecos Aegyptiasq; Athenas, neq; nimis admiraberis tanquam nouā, neq; diffidēt audies tanquā penitus arduā, neq; inuitus admittes quasi nō bonā. Mitto quōd multū tradūt apud Boemos Placam vrbē aliquando similiter gubernatā. Atqui Diodorus insulā in Oceano meridiem versus describit, in qua praeter cetera cōes et sint vxores, viriq; philosophiae plurimū astrologiaq; studiosi. Pōponis quoq; Melatestis est Garamates in extremis Aphricae partibus cōia habere in rep. oīa. Similem pterea bonorum fuisse cōtionem iter philosophos Brachmanas, Gymnosophistas, Esseos, Pythagoricos, et deniq; iter sanctos quondā Christianae reip. inuadito res, cōpertū habemus. Videmus quoq; seculis nostris illos dūtaxat, religiosos ad virtutē felicitatēq; accedere, iter quos nihil est ppriū. At nō se vxorū te cōio turbat, primo quidē pmittito apud Platonē rite ex lege fieri, qd apud adulteros sacerdotes i cōio fit sacrilegio. Deinde Platonē ipm audito prius quā iudices, altius i sua cā declamātē. i sequē

L
libus

De iniustitia.

Virtus sanitae.
Prauitas morbus.

tibus nota primo quidem Socraticam providentiam, peius esse censentem in legibus constituendis errare, quam hominem interficere. Eius modi namque error multos per multa secula interfecit animos simul & corpora. Deinde modestiam difficilia diffidenter aggredientem, & quasi inuitam atque compulsam. Tertio pietatem diuinum auxiliium pro suo more in rebus grauibus inuocantem. Ac ne in legibus erret condendis, ab Adraestia dea petit opem, cuius mentionem quoque fecit in Phadro. Adraestia haec apud priscos theologos est potentissima inuitabilium regina legum, legum inquam tam Saturniarum ad mentes pertinentium, quam Ioualium pertinentium ad naturas. Adraestiam dico diuinam providentiam, quatenus nihil vel oculos eius subterfugere, vel manus potest effugere. Nec ab re ubi optat firmissimas leges condere, quas neque obliuio deleat, neque defraudet astutia, neque violentia frangat, & omnino nullus debeat. Adraestiam obsecrat inuitabilia sancientem, quae nullus queat effugere. Deinceps paulatim ad comunem progreditur disciplinam, a virorum videlicet institutione ad institutionem similiter mulierum, mandans omnia priuata publicaque, tum pacis, tum belli studia, mulieribus cum viris communia fieri, ne mancum sit genus humanum, eo tamen pacto ut in singulis grauiora viris, leuiora mulieribus committantur. Similiter & alibi docet brachia quoque sic assuescenda, ut singuli utrinque sint dexteri. quos nominat amphidexteros. ostendit autem id fore utile atque possibile, & quo pacto fieri debeat. Deinde aliam adducit comunem, videlicet vxorum atque filiorum. Et ibi aduerte quanta ordinis providentia constituat Magistratus, praesides nuptiarum, & sacra, & tempora, & etates, cauens nequid interate fiat, vel inutile ciuitati. Ac post generationem quam diligenter de natis cogitet nutriendis, ita tamen ut neque vir, neque mulier proprium agnoscat filium, neque filius proprios genitores, neque alios alij, sed seniores opinari cogantur, oes peno iuniores esse filios vel nepotes: iuniores vicissim iustificari oes seniores esse progenitores, aequalesque similiter esse fratres. Inter haec ubi nutritionem eius spernit, qui vel praeter legem, vel ex mutili natus fuerit, vel inutilis, intellige non esse perdendum, sed in loco occultiori, vel in suburbij uilius nutriendum, extra exactissimam regulam illam qua nutriuntur hi qui assumendi ad custodiam iudicantur.illum vero inferiori alendum regula ad minutiora urbis vel agri ministeria suo tempore transmittendum, vel forte ad vrbes alias transferendum statim natu. Mox agnosce cois charitatis inuentum, ubi sic disponit singula, ut singuli eade vel re, vel persona oculis demonstrata, aequae iudicent, dicantque hoc est meum. Quomodo sua cuique charissima sint, singuli cum eta curabunt, praecipue quum ad eiusmodi curam legibus quoque magistratibusque adducantur. Hinc ergo incuria & negligentia nostra, qualis in omnibus est circa plurima, quasi a nobis sint aliena, tollitur. Tolleitur & quotidiana fallacia qua iudicium nostrum in eo colendo quod proprium esse censemus, stulte decipitur. Tolleitur denique extrema perturbatio, sollicitudo, miseria quae ex insano propriorum amore nos argit. Mitto quod adempta discordiae causa & comunis erit & integra charitas. Proinde attende quam diligentes, quam iustas, quam mites statuatur belli leges, quae praemia victores maneam, diuinitas felicitat quaedam. Transferri n. hos, inquit, in beatos demones hominum curatores, & quasi deos charos rite colendos. Quod uero de puerorum oculis dicitur, iocosum quiddam est. Glauconis, & leuandis tedijs gratia dictum. Adde & triumphale quiddam atque festiuum. Restabat probandum, comunem hanc fieri posse, postquam fore optimam fuerat affirmatum. Primo igitur etiam si nequeat fieri, ostendit se non frustra hanc in medium adduxisse, videlicet tanquam exemplar in formandis ciuitatibus pro viribus imitandum. Deinde demonstrat tunc demum posse fieri quando philosophi gubernabunt, neque prius requiem ullam fore malorum. Quamobrem ad formandos philosophos tanquam futuros ciuitatis gubernatores opportunè descendit, docet quale sit philosophi ciuili ingenium, qualis affectus atque disciplina. Principio quantum plebei circa percipienda sensibilia haec inferiora auidi curiosique sunt, tantum ingenium philosophicum ad inueniendas ideales horum omnium rationes, auidum & propensum est, & sagax ipsius veri venator. Quoniam uero uere quidem res idae sunt, naturales aut forme sunt & imagines idearum, non iniuria plebeos inquit somnare, putantes quae imagines sunt, esse res ueras. Philosophum uero solu inter alios vigilare. Et quoniam inter ens atque non ens medium ponit, memento quinque gradibus omnia cogitari. Et non ens quidem purum dici quicquid fingitur infra materiam. Ens uero purum, puram mentem, ideamque existere. Animam celemque ens dici simul atque non ens, videlicet propter motum, magis tamen esse quam non esse. Materiam contra magis quodammodo non esse quam esse. Sed quae natura composita sunt sub luna, esse pariter atque non esse. Circa ea quae uere sunt cognitio ipsa uersatur. Circa ea quae uere non sunt, ignorantia. Circa ea quae pariter & sunt & non sunt,

se reuoluit opinio. Ignorantiam quidem & opinionem tum plebei tribuit, tum Sophistis. Cognitionem uero, id est scientiam duntaxat philosophis. Quod autem scientiam opinionemque potentiam quandam nominat, intellige potentiam non informem, sed partim naturali forma, partim habitu praeditam. Praeterea ubi de ideis agit, ad quas philosophi refertur scientia, more suo inquit bonum, pulchrum, iustum. Ternarius hic numerus, modis tribus exponitur. Primo bonum sit Deus, Pulchrum mens angelica multiformis. Iustum celestis aia mandana iuste distribuens. Secundo bonum, forma ipsa aclusque diuinae naturae, Pulchrum eiusdem intelligentia. Iustum uoluntas eiusdem. Tertio bonum inter ideas est exemplar formae aclusque cuiusque atque naturae. Pulchrum exemplar ordinis qui ex qualibet forma i seipsa resultat. Iustum exemplar ordinis qui a qualibet forma atque re refertur ad alias. Quod uero ipsi bono subdit malum, pulchro turpe, iusto iniustum, caue tria haec opposita colloces in ideis. Pone uero haec tria in ipsa informitate et deformitate materiae, qua in libro De scientia uocat exemplar diuinitatis experts, et in Politico dissimilitudinis locum, tum et in aia iam deprauata, et ad materiam oino conuersa. Denique quod emachu enigma puerile tagit, est eiusmodi. Vir non uir, uident non uident, percussit non percussit, lapide non lapide, auem non auem, super arbore non arbore. i. emachus luscus percussit pumice ala resperitibus super Sambuco. Sed id ridebis scio. Quod & ridiculi gratia est appositum.



ONAM equidem ciuitatem huius modi rectamque Rempublicam uoco, uirumque talem bonum esse dico. Ac si recta haec respublica est, alias prauas appello, utpote quae circa ciuitatis ipsius gubernationem & priuatorum disciplinam aberrat, quae quidem in quattuor speciebus prauitatis sunt. Quae nam ista? inquit. Tunc ego narrare pergebam, quae ratione mihi singula ex sese inuicem dependere uiderentur. Verum Polemarchus, paulo enim a me longius aberat quam Adimantus, Adimanti post tergum sedens extendit manum, prehensensque superne Adimanti pallium intra brachia, & eu paulisper ad se traxit, & os ad aures eum admouit, submissa uoce susurrans. Ex his autem quae dixit, nihil ipsi percipimus, nisi id unum, quod ait, permittemusne? aut quid agemus? Cui Adimantus altius respondens, minime inquit. Ad haec ego. Quidnam istud est quod non uultis permittere? Te, inquit ille. Quid adeo? inquam ego. Declinare nempe nobis uideris, inquit, speciemque totam disputationis huius non minimam subtrahere, ne nobis exponas, atque surripere: puta scilicet latere nos, quod male dixisti, de vxoribus quidem & pueris, consistere scilicet omnibus omnia sicut inter amicos communia esse debere. An non recte, o Adimante, dixi inquam? Recte nimirum, inquit, sed quemadmodum in alijs, ita in hoc explanare oportet, quae ratione ita se recte id habeat, quis comunione sit modus. Nam multi esse possunt. Ne igitur id praetermittas, quo minus nobis apertas quem tu potissimum dicas. Profecto nos diu iam expectamus, sperantes expositurum te iam circa filiorum procreationem quae sit generationis conditio, quam circa nutritionem quae educatio nis futura sit ratio, qualisque debeat esse haec ois quam tu dicis, vxorum liberorumque comunio. Plurimum quippe, imo uero totum referre istud rempublicam ducimus, recte ne an non agatur. Nunc autem quum rempublicam aliam aggrediaris priusquam sufficienter tractaueris haec, visum id nobis est, quod & ipse audisti, ne te aliud quicquam aggredi permittamus, antequam haec omnia quemadmodum cetera exposuisses. Me quoque, inquit, Glauco, uobiscum sentire existimate. Equidem & Thrasymachus in hoc proculdubio nos conuenire, inquit, omnes, o Socra

ò Socrates, puta. Quid agitò obsecro, quid me ita reuocatis? quàm grauem rursus tanquàm à principio disputationem de Rep. suscitatis? Nèpè ego quasi hanc iam peregrissem, mihi ipse cògratulatus sum, satis esse factum existimàs, si quis hac boni consulat, sic hac accipiens quemadmodum sunt dicta. Quæ vos nunc exigentes, nescitis quàm frequens disputationum instigetur examen. Quod ego tunc proficiens, libens cessi, prætermisissè, ne crebro nos tumultu turbaret. Quid verò, inquit Thrasymachus, còuenisse huc hos arbitraris, ò Socrates, ut aurum funderent, potius quàm ut sermones audirent? Ut sermones audirent, inquã, sed moderatos. Modus verò & terminus horum sermonum audiendorum, ò Socrates, inquit Glauco, ois vita est uiris mentem habentibus. Sed nos quidem mitte, tu verò ne graueris, si tibi videtur, ea quæ perquirimus, declarare, quæ nostris custodibus circa mulieres & filios sit futura còio, quæ ue nutriendorum puorum ratio eo ipso in tempore adhibenda, quod generationem inter & disciplinã labitur, quæ laboriosissima certè esse videtur. conare nobis hac aperire. Haud facile, inquã, ò vir beate, explicari hac possunt. plures. n. in his quàm in superioribus insunt ambiguitates. Primo quidè an fieri hac possint, dubitaretur. Quinetiam si possint, verum optima ista sint, & quò, dubitabitur. Quapropter difficultas hac me debortatur, verentem, ò dulcis amice, ne votum quoddam & feliio esse mea hac oratio videatur. Ne pigeat, inquit, obsecro. neque. n. auditores habes ingratos, vel incredulos, vel maleuolos. ò vir optimè, inquam, ego, num ut exhorteris me, hac affers? Nèpè. Contra, inquam, omnino facis. Nam si ego persuadeam mihi nosse qua dico, pulchre habet adhortatio hac. Nèpè tutum est & audendũ, inter amicos prudentesq; viros vera quæ quis cognoscit, de maximis preciosissq; rebus pronunciare. Cũ diffidentia verò & ambiguitate verba facere, quemadmodum ipse facio, cauendum & fallax. Haud formidandum, inquã, ne risum audientibus moueam: nam puerile id quidem: sed ne à verò procul aberrans, & ipse falsitati succubam, et amicos mecum traham in ruinam, et in his unã decipiamur, in quibus minimè omnium errare conueniat. Adoro itaq; supplex Adrastrã ob ea quæ dicturus sum Glauco. Reor enim minus eũ delinquere, qui non spòte aliquem perimit, quàm qui circa constitutiones de honestis & bonis, iustisq; fallit. Hoc autem discrimen subire præstat inter inimicos homines, quàm amicos. Quare melius, ò Glauco, me consolare. At enim, ò Socrates, inquit Glauco, si quo pacto nos ex hac disputatione errare contingerit, absoluemus te velut ab homicidio, & insontem in hac deceptioe pronunciabimus. Ergo audacter disputatione ingredi. Porro innocens est, inquam, qui illic absoluitur, ut leges docent. Ergò & qui hic absoluitur, innocens. Dic igitur, inquit, hac ob causam. Dicere nunc rursus oportet, inquã, q̄ fortè deinceps dicenda erãt. Fortè autè operæ precium est, posteaquàm integrum virile opus expressimus, deinceps quæ sunt mulierum referre, præsertim eũ ad hoc ipse me cohorteris. Hominibus quidè natis & eruditis, quem admodum supra narrauimus, ut mea fert opinio, nulla est alia recta filiorum mulierumq; adeptio atq; usus, quàm ea via gradientibus, quæ ipsi à principio ingressi sumus. Et enim conati sumus tanquàm gregi custodes, viros fœminæ

præficere. Nèpè, inquit. Sequamur igitur generationem, nutritionemq; quàm similitimã adhibentes, consideremusq; utrum ita deceat, necne? Quoniam pacto, inquit. Ita utrum inter canes gregis custodes fœminas ipsa censemus unã eadem custodire debere quæ & mares, & unã venari, ac cetera oĩa còmuniter facere. An fœminas quidè intus quasi domestica afferuare, tanquam ad forensia opera impotentes propter ipsum catulorum partum et nutrimentum: masculos autè labores subire, omnemq; armenti curam gerere? Còmuniter his, inquit omnia tribuimus, nisi quod fœminis ut imbecillioribus, maribus ut robustioribus utimur. Fieri ne potest, ut animali aliquo ad eadem utaris, nisi eadem ratione nutrueris, erudierisq;? Nullo modo. Si ergo fœminis ad eadẽ utemur ac viros, in eisdem erudire decet. Certè. Musica autem & gymnastica viros in superioribus erudiuimus. Sanè. Mulieribus igitur artes hæc similiter & res bellicæ tribuendæ sunt, ad eademq; uti his decet. Consentaneũ istud quidem ex his quæ dicis. Forsitan multa præter consuetudinem ridicula videbuntur dicta circa ea quæ nunc induximus, si agantur vel dicantur. Et maximè quidè. Quid in his maximè ridiculũ cernis? An quia nudas fœminas conspiciat in palæstris cũ viris certantes, non modo iuuenes, sed et vetulas, quemadmodum senes viros in gymnasijs, quando unã exercentur, licet iam rugosi veterosiq; sint? Ita per Jouem. Nam ridendũ id quidè, ut nunc res sunt, videatur. Nos igitur postquã dicere cœpimus, haudquaquã vereri debemus facitorum horum dicacitates, quocũq; et qualescũq; iaciant aduersus hominũ mutationem, quam circa musicã gymnasticamq; inducimus, neq; minus circa armaturã equestremq; facultatẽ. Probè loqueris. Ergo postquã dicere cœpimus, pergamus ad legum seueritatẽ, rogantes istos ne solito more nugentur, sed seria cogitent admonentesq; haud longum præterisse tempus, ex quo Græcis turpia & ridicula videbantur, quæ hodie barbarorum plerisq; ridenda videntur, nudos videlicet spectare viros: & quando primum exercitationes huiusmodi aggressi fuerunt, in primis quidem Cretenses, deinde etiam Lacedæmonij, licebat profectò vrbis viris qui tunc erant, hæc oĩa carpere. an non putas? Equidè.

Verum postquam, ut arbitror, utentibus visum est còmodius nudato corpore quàm operto hoies exerceri, factũ est ut quia optimum id fuerat ratione indicatum, oculis ridiculum minimè videretur. Ex quo perspicuum est inane esse eum hominem, qui deridendum quicquã præterquã quod est malum existimat, qui irridere res ipsas aggreditur, aliã quãpiam sibi proponens derisionis cãm, quàm quod insipidum atque malũ, aut honestũ quicquã et studio dignum existimat, alio respiciens quàm ad bonum. Sic est oĩno. An nõ in hoc primũ còuenire oportet, utrius possint hæc fieri, necne? Cõcedere insuper cuiq; ut pro arbitrio aduersus hæc ambigat, siue ioco, siue serio, quis ad dubitare voluerit, utrius in hominum natura possit fœminacum masculo in oibus operibus cõicare, vel in nullo, vel in quibusdam valeat, in alijs verò nequaquã, ipsaq; res militaris utro in genere horum sit? Nõne quisquis ita rectè exorsus fuerit, ut decès est, rectè et peraget? Maximè. Vis ergò ut nos pro aliorum cã, nobis ipsis dubitationibus aduersemur, ne sine defensione, quæ sunt rationis alterius, oppugnentur? Nihil prohibet. Dicam

igitur sub eorū persona hunc in modum . Nihil opus est , o Socrates atq; Glauco , ut alij nobis repugnent . Nam inter nos statim à principio cōdendā ciuitatis constitit , oportere secundū naturam unumquemq; unum quiddam quod suū esset peragere . Constitit quidni ? Est ne igitur , ubi nō longe mulier ipsa natura à viro differt ? Cur non differat ? Ergo nōne opus vtriq; aliud pro natura vtriusq; est tribuendū ? Proculdubio . Quid restat igitur , quominus aberretis nunc , vobisq; ipsis contradicatis ? quandoquidem asseritis viros & mulieres oportere eadem operari , cū tamen natura valde inter se discrepent . Habebisne , o mirifice vir , quid ad ista pro nostra defensione respōdeas ? In p̄sentia quidem , inquit , haud satis facile , sed orabo te atq; oro , ut quid potissimū in nostri sermonis defensione asserri possit , exponas . Hac quidē , o Glauco , inquam , ceteraq; generis eiusdē permulta iandudum prospiciens timidus atque inuitus ad hanc legem descendebam de mulierum & filiorū adeptione atq; nutrice .

Profec̄to , inquit , nō leue istud apparet . Non certē . Sed ita res se habet . Siue quis in stagnū breue prolapsus est , siue profundū in pelagus , nihilominus aqua in media natat . Prorsus . An non & nobis quoq; natandū , conādumq; ut disputationis vndas incolumes euadamus , sperātes aut delphinum nos aliquem suscepturum subleuatūrumq; , aut aliam quandā occultam salutis causam nobis fore ? Ita videtur . Circūspice obsecro , si qua exitum nāsciscamur . Attende itaq; . Cōuenimus profec̄to naturā aliā aliud opus tractare debere : Mulieris autē & viri diuersam esse naturā . Diuersas naturas in p̄sentia ipsdē studere rebus iubemus . In hoc illi nos accusant . Valde .

Quam generosa , o Glauco , contradictoria artis potentia est ? Cur , inquit ? Quia videtur mihi permulti et inuiti in eā incidere , arbitrariq; nequaquā litigare , sed disserere , ex eo quod nequeat secundum spēs diuidentes , quod illis propositū est , contemplari , imō verō secundum ipm nomē contrarietatem propositi prosequantur , contendētes potius iniucē quā disputantes . Contingit equidem multis . sed nūquid & nobis idem nunc accidit ? Et maxime quidem . Videmur sanē inuiti contradictionē attingere . Quā rōne ? Quod natura eadem opera eadē tractare nō debeat , fortiter admodū & contentiose , si verba inspicias , cōtendimus . Considerauimus autē nullo pacto quā spēs alterius eiusdē nature sit , & quorsum respicientes tunc descriperimus , quando diuersa natura studia diuersa , eidē verō eadem attribuebamus . Certē nequaquā id cogitauimus . Ceterū licet nobis , ut videtur , à nobis ipsis exquirere , nūquid eadem natura caluorū sit et comatorū , an contraria potius : ac postquā concesserimus esse contrariam , si calui coria incidant calceosq; conficiant , haudquaquā sinere comatos hoīes eadem facere : sin autē comati , caluos nequaquā permittere . At risū dignū id esset . An ob aliud ridendū istud , quā quod tunc non oīno eandem et diuersam naturā posuimus , sed illā duntaxat dissimilitudinis et similitudinis spēm obseruauimus , quā ad ipsa eadē studia pertinebat ? Quemadmodū medicum et hoīem habentem aīum medicinae studijs aptū , naturā eandem habere diximus . an non censet ? Equidē . Medicinae verō aptū aliam , et aliā virum proptum ad fabricādum . Oīno . Nōne & genus virorū mulierumq; genus , si in arte aliqua aut studio nihil inter se differant ,

hoc vtriq; assignandū esse dicemus ? sin autē hoc ipso duntaxat discrepare iniucē videantur , quod scēmina quidem cōcipit , vir gignit , nihilo magis admittemus ostensum fuisse , quod ad id quo de nūc nos loquimur , à viro scēmina differat , sed adhuc censuimus , tā custodes quā mulieres ipsorū eadem apud nos exercere debere ? Recte nimirū . Nōne post hęc iubemus eū qui contraria dicit , hoc ipm nobis ostendere , ad quā artem , quodue officū eius quā institueda ciuitati conducunt , non eadē sit , sed diuersa viri mulierisue natura ? Sic vtrique decet . Fortē quod tu paulo antē dicebas , alius quoq; diceret : subito quidem quantū satis sit dicere , nō facile esse : sin autē cogitur , haud multū difficile . Diceret vtriq; . Vū ergo oremus eū qui hęc nobis opponit , ut aures nobis p̄stet , attendatq; si qua rōne illi ostendere queamus , nullū esse studiū ad res ciuitati subministrādas , mulierū propriū ? Oīno . Age itaq; ad eū dicamus , responde , nūquid ita dicebas , ad aliquod opus aliquē apto inep̄tōue à natura ingenio p̄ditū esse ex eo intelligi , quod ille facile quicquā percipit , hic difficile : & ille si breue quid à quoquā didicerit , ex eo ipse plurimū inueniat , hic autē cum plura didicerit , excogitaueritq; , paulo post obliuiscitur : et illi quidē corporis vībra sufficienter menti subseruiūt , huic autē repugnat ? An alia p̄ter hęc sunt , quibus hoīem ad aliqua natura bene institutū , ab instituto male distinguis ? Nullus alia dicit . Scisne aliquid ab hoībus exerceri , in quo non oīa eadem virorū genus & excellentius habeat quā mulierū genus ? an late verbis vagabimur , texendi artificū cōmemorantes , placentarumq; & obsoniorū confectio , in quibus aliquid mulierū genus esse videtur , nō perdidiculis sanē apparet cum vincitur ? Vera loquuti , quia logē in oībus , ut ita dixerim , genus à genere sup̄atur . Mulieres autē multa multū viris ad multa p̄stantiores . Vniuersum verō ipsum se habet ut dicitis . Nullū igitur est , o amice , inter eos qui ciuitatē curant , officium mulieris propriū quā mulier est , aut viri proprium quā vir , sed aequē dispersa in animatibus vtriusq; natura : et oīum quidem operum natura cōpos est scēmina , oīum & vir est cōpos : in omnibus autē imbecillior scēmina . Sic est prorsus . Num viris oīa praecepimus , mulieri autē nihil ? At quō ? Est vtriq; ut nos asseremus , inter mulieres quoque alia medicina apta , alia minime : alia musica , alia natura à musica aliena . Quidni ? Et alia quidem ad exercitationes gymnasticas & rem militarem prompta , alia verō ad hęc inepta . Sic arbitror . An non et vna quidē sapientia studiosa est , altera sapientia spernit : & vna elato aīo , altera verō depresso ? Et hoc assero . Est ergo et inter scēminas quaedā ad custodiendū idonea , quaedā minime . An nō naturam quandam hoīi ciuitatem custodientium virorum elegimus ? Eiusmodi certē . Mulieris itaque & viri eadem hęc natura ad ciuitatem custodiendam , nisi quod mulieribus ut imbecillioribus , viris ut robustioribus est utendum . Apparet . Mulieres itaq; tales eligendā sunt , ut vna cum viris & colāt & custodiant ciuitatem , postquam idonea sunt , & natura ipsis cognata . Prorsus . Studia verō nōne eadem naturis eiusdem sunt tribuenda ? Eadem . Longo tandem circūit ad priora illa reuoluti sumus , cōcēsumusq; , haud esse cōtra naturam ut custodū mulieres musica et gymnastica exerceantur . Sūmopere . Quare neq; impossibilia , neque

Taxatur elenchus philosophicus .

Sic legendū videtur , quamquam aliter habet exemplar graecum .

neque pro desiderio cōmentitia, lege statuimus, quandoquidem secundū naturam legem iulimus. Imo quæ his temporibus cōtra hæc fiunt, multo magis præter naturam fiunt, ut uidetur. Videtur. Nōne disceptandum nobis erat, utrū possibilia et optima diceremus, necne? Erat. Quod possibilia quidem, cōstitit. Planè. Quod aut optima, post hæc asserendū. Patet. Ad hoc ut mulieres ad custodiā sufficientes euadant, non alia opus est disciplina quam ea qua viros ad idem instruimus, præsertim cū eadem reperitur in utrisq; natura. Non alia. Quid porro de hoc sentis? Quod petis? Quæro equidem utrū existimes inter viros alios meliores, deteriores alios esse, an similes omnes. Nequaquam similes. In ciuitate igitur quam condimus, nunquid censes nobis præstantiores viros effici custodes. eam quam dedimus disciplina adeptos, quam curiarios peritia coriaria imbutos? Ridiculā rem quæris, inquit. Intellego equidem. Quid aut? nōne et reliquorū ciuiū hi optimi? Et reliquorum. Quin et mulieres tales, erūt optimæ mulierū? Valde? Est ne aliquid melius ciuitati, quam viros quam optimos, et mulieres optimas effici? Nō est. Hoc aut musica et gymnastica, ut supra narrauimus, perficere possunt. Proculdubio. Itaq; non solum possibile, sed & optimum quiddā ciuitati, lege statuimus. Ita est. Nudandū igitur corpus erit mulieribus custodum, quandoquidem pro vestibus virtutem induent. Communicandūq; in bello & alia omni ciuitatis custodia atq; tutela, neq; aliud agendū. Horum tamen officiorū leuiora quæq; propter generis imbecillitatem mulieribus tribuenda. Qui verò nudas riserit mulieres, optimi cuiusdam gratia ita nudatas, inane circa ridiculas nugæ carpens sapientia fructū, neq; quid rideat, neq; quid agat, intelligit. Scite namq; istud & dicitur et asseritur: quod vile quidē, honestū: noxiū aut, turpe. Et maxime quidē. Hunc itaq; vñ veluti gurgitē enata esse dicamus, de mulierū lege tractātes, adde ne oino submergi contigerit, his asseneremus omnia cōmuniter exercere debere custodes apud nos tā viros quam mulieres. Imo verò sibi met oratio nostra consonuit, quod videlicet et possibilia & vtilia ferret. Profundum cerē pelagus euasisti. Haud ingens id esse dices, cū deinceps quod sequitur, videris. Dic itā ut videam. Hanc quidē et priores ceteras, ut puto, hæc quoq; lex sequitur. Quæ nam? Mulieres scilicet has horum virorum omnes omnium esse cōmunes, nullamq; priuatim alicui adhaerere, ac rursus cōmunes filios, neq; patrem filium suum nosse, neq; filium suum agnoscere patrem. Multo certe difficilius istud creditur, quod vel possibile, vel utile sit. Haud quidē arbitror dubiū id cuiquā fore, quin vtile sit, maximeq; bonū mulieres esse cōmunes, cōmunes & filios, si modo fieri possit. Verū arbitror plurimam in eo versari cōtrouersā, nunquid fieri possit, necne. De utrisq; sanè summopere ambigetur. Dicis utiq; sermonū cōspirationē. Ego aut rebar me itā ab altero liberatum iri, si tibi visum fuerit vtile esse. Nam reliquum mihi fore, ut perquirere utrū possibile sit, an non. At latere non potuisti, dum fugeres. Redde de utrisq; rōnem. Sustinēda mihi cerē pœna est, sed hoc mihi indulge. Sine. n. paulisper meo me arbitratu reficiā, quemadmodū qui pigri mente sunt, pasce-re se cogitatione, quoties soli proficiuntur solent. Etenim huiuscemodi homines, antequam cōpertam habeant quo

pacto fieri possit quod petunt, omittentes hanc curam, nemmo labore grauentur, dum de possibili & impossibili deliberent, quasi id iam sit quod affectant, sibi persuadent: ac deinceps reliqua digerunt, oblectanturq; dum cogitant qualia præsentē illo facturi sint, atq; ita torpentē animum et languidiorem reddunt. Et ad seculum & ipse pigresco, cupioq; in aliud tēpus disceptationem illam differre, possibilia ne ista sint an nō. In præsentia verò quasi possibilia sint admittens, perquiram si ipse permiseris, qua rōne hæc existentia principes ipsi disponent, quod aut oīum vtilissimè erunt ista si fiant, tam custodiis quam ciuitati. Hæc conabor equidem prius tecum considerare, illa verò posterius, si cōcesseris. Concedo equidem, considera iam. Arbitror igitur, si modo erunt principes hoc nomine digni, eodemq; modo horum ministri, hos quidem velle exequi qua mandantur, illos aut præcipere, partim ipsis parentes legibus, partim imitantes, quatenus illis nos permiserimus. Probabile id quidem. Tu igitur legis conditor ipsis, quemadmodū viros elegisti, ita & mulieres eligens, præbebis quoad fieri potest cōsimiles inter se ingenio. Isti autem de potē ades & comestationes cōmunes habentes, proprium verò nihil talium possidentes, vna habitabunt, & inuicem congregantes in gymnasijs ac reliquo victu, ab innata, ut arbitror, necessitate ad mutuanam trahentur cōmixtionem. An non necessaria tibi dicere videor? Haudquaquam necessaria, geometrica quadam necessitate, sed amatoria, qua multo acrior est quam illa ad persuadendum vulgò atque trahendum. Nimirum vehementer, inquam ego. Verum post hæc, o Glauco, sine ordine denudari inter se, vel aliud quicquā facere, neq; sanctum est in beatorum hominum ciuitate, neq; iudices id permittent. Neq; enim iustum esset. Constat utiq; quod uuptias deinceps, quoad fieri potest, sacras instituemus. Essent aut sacre quam vtilissima. Summopere. Quoniam pacto vtilissima erunt? hoc mihi dicas, o Glauco. Vides equidem tuis in adibus & venatorios canes, & generosos aues frequentes. Nunquid ad istorum costum generationemq; quandoq; animaduertisti? Quot sum istud? Primum inter hos ipsos licet generosos, none sunt et fiunt pstantissimi quidam? Sunt. Utrum ex quibuscunq; æque fieri generationē permittis? An curas potius, ut ex optimis generetur? Ex optimis. Nū ex tenerissimis quibusq;, an senio cōfectis? an atati in flore potius cōstitutis? Ex his ipsis potius. Ac nisi hūc in modū generatio deducatur, logē deterius fore canum & auū genus existimas? Equidē. Putas in equis ceterisq; animalibus aliter euenire? Absurdū id esset. Pape, o dulcis amice, quam perspicacibus ac summis nobis est opus principibus, siquidē in hōrum genere similiter se res hēt. Habet utiq; quid tū? Quia necesse est ut medicinis multū vātur. Quando. n. medicinis nullis indigent corpora, sed victus dūtaxat institutionem exigunt, medicū cerē debiliore sufficere arbitramur. Cū verò medicinis est agendū, scimus fortiori quodā medico opus fore. Vera nar-ras. Sed quorsum hæc? Nempe necessarium fore videtur, ut frequenti mendacio & deceptione vātur principes ad subditorū vtilitatem. Diximus aut supra huiuscemodi omnia pharmaci medicinaq; loco necessaria esse. Et recte quidem. In nuptijs itaq; & filiorum procreatione videtur rectum hoc fieri, non midiocriter. Quo pacto?

Mulieres
cōmunes.

Oportet profecto secundum ea quae supra concessimus, optimos viros mulieribus optimis ut plurimum congregari, deteriores autem contra, deterioribus. Et illorum quidem prolem nutrire, horum minimè, si armentum excellentissimum sit futurum. Et hac omnia dum agantur, ab omnibus praequam à principibus ignorari, si modo armentum custodum debeat seditione carere. Probe admodum. Igitur festa quadam erunt legibus designata, in quibus sponso et sponsas congregabimus, sacra fient, et hymni à poetis nostris, celebratis nuptiis convenientes. Numerum autem nuptiarum arbitrio principum concedemus, ut ad hostes ac morbos ceteraque huiusmodi respicientes, eundem quam maxime civium numerum seruent, neque populosa civitas nimis sit quoad fieri potest, neque vacua. Rectè loqueris. Sortes igitur quadam tali quodam artificio instituendae, ut deterior ille in qualibet copulatione fortunam non principes culpet. Et maxime quidem. Enimvero his qui inter iuvenes praestantiores sunt in rebus siue militaribus, siue alijs quibusdam, munera ac praemia danda sunt, et talia permulta: quin et verior mulieribus congregandi licentia, ut ex hac simul occasione filij plures quam ex alijs, ex his serantur. Probe. Itaque filios qui ex his oriuntur, suscipient ij qui talibus praesident magistratus, siue virorum, seu foeminarum, siue virorumque. coes enim viris et mulieribus magistratus. Est ita. Accipientes utique praestantum horum prolem, ad ouile portabunt, ad nutrices quasdam seorsum in civitatis parte aliqua comorantes. Eos vero qui nascuntur ex deterioribus, siue et ex quibuscumque alijs, sed mebro aliquo manci, in abditijs ut decet locis abscondent. si quidem debet custodum genus purum fore. Nutritione praeterea et hi curabunt. Matres namque ad ouile cum lacte exuberabunt, transmittent, procurantes ne vlla suum agnoscere valeat. Ac si haec minus suffecerint, alias insuper lacte plenas adhibebunt. Providebunt quoque, ut mediocrem tempus in lacte sugendo seruetur. Vigilijs item laboresque ceteros nutricibus imperabunt. Plurimum facultatis ad procreandam prolem custodum mulieribus tribuis. Sic decet. Sed age deinceps, quod maxime intendimus, percurramus. Diximus plane ex robustissimis oportere filios procreari. Diximus. An non tibi quoque videtur moderatum adulti roboris tempus esse mulieri quidem annos viginti, viro autem triginta? Quis horum modus? Ut videlicet mulier à vigesimo aetatis anno incipiens, usque ad quadragesimum pariat: vir autem postquam acutissimum sui cursus vigorem transferit, annos scilicet triginta, inde usque ad annos quinquaginta procreet. Profecto in his aetatibus vigor animi corporisque consistit. Si igitur senior istis, siue iunior, generationem in comuni attigerit, prophanum et iniquum scelus hoc esse censebimus, quasi factus is in civitate seratur, qui si latuerit, orietur non sub sacrificijs quidem et votis, quae singulis in nuptiis peragent sacerdotes omnes tam viri quam mulieres, et civitas universa, precantes ut ex bonis meliores, ex vtilibus vtiliores, nascantur: imò vero sub tenebris ex acri quadam incontinentia. Rectè loqueris. Eadem quoque erit habenda ratio de illo, qui cum adhuc in generandi aetate fuerit, principem non copulante, mulierem in aetate iam adulta constitutam attigerit. Nempe hunc asseremus puerum generare spurium, incestum, atque prophanum. Scite admodum. Quando igitur iam mulieres et viri aetate genera-

De nuptijs
& matris
monijs.

Aetate gene
rationis a
pca.

tioni aptam egressi fuerint, licere viris dicemus, cuiuscumque voluerint, praeterquam filia atque matri, et filiarum natum matri suae maioribus commiserit: licere et mulieribus cui libet copulari, praeterquam filio atque patri, ac superioribus et inferioribus eorundem. Cum vero haec omnia mada uerimus, interdicemus partum talem, si contigerit, in lucem produci. Siquid autem coegerit, ita exponere precipiemus, quasi eius nulla nutritio sit. Haec quoque probe dicuntur. Patres vero et matres et ceteri cognati quos memoras, quo inuicem discernentur? Nullo modo, sed omnes quicunque nascentur decimo mense, vel septimo ex ea die qua quis liberis operam dedit, masculi ab hoc filij foeminae filiae nominabuntur. Nati autem eum patrem vocabunt, natorum similiter filios ille nepotes esse dicet, isti autem superiores auos et auias nominabunt: at eos qui illo tempore nascerentur, quo patres ipsorum matresque inuicem generabant, fratres atque sorores. Atque ita quod modo dicebam, nullo modo se mutuo tangerent. Fratres autem et sorores lex cohabitatione coequet, si fors dederit, et Pythia simul per responsa firmauerit. Rectè admodum. Talis viri erit, o Glaucos, inter civitatis custodes mulierum filiorumque communio. quod autem congruat reliquo civitatis ordini, sitque admodum optima, oportet deinceps ratione confirmare: aut quid agemus? Hoc omnino. An non conventionis huius hoc est principium, ut à nobis ipsis sciscitemur, quid maximum bonum ad civitatis constitutionem inueniamus, ad respiciens legum, leges coedere debet, qui due maximum malum? Consideremus autem, an ea quae modo narrauimus, ad boni ipsius investigationem nobis conveniant, à mali autem vestigio dissonent. Maxime omnium. Habemusne illum perniciosam civitatem malum, quam quod eam diuidit, et ex vna plures facit? Vel melius quicquam eo quod ipsam vincit simul, et vna efficit? Non habemus. None voluptatis dolorisque communio vnit, quando civis omnes maxime ex earundem rerum accessu vel decessu pariter gaudent ac dolent? Et maxime quidem. Horum vero diversitas eam dissolvit, quando eisdem civitatis et eorum qui in civitate sunt casibus alij vehementer dolent, alij gestiunt. Quidni? Ex hoc autem tale quid provenit, quando non simul in civitate haec verba vulgantur, Meum scilicet, et non meum, ac de alieno eodem modo. Valde. In quacumque igitur civitate coplurimi ad idem secundum eadem hoc dicunt, Meum et non meum, ea optime gubernatur. Prorsus. Et quaecumque quam optime ut vnius hominis affecta sit. Porro quoties alium nostrum percussus est digitus, tota corporis coio ad animam pertingens, in vna coordinatione eius quod in ipsa a dominatur, sensit protenus, totaque simul affecta parte condoluit. Atque idcirco hominem dolere digitum dicimus. Eademque est de quavis alia parte et passione hominis ratio: de dolore videlicet, cum pars aliqua dolet: ac de voluptate, cum aliqua sui parte reficitur. Eadem ratio certe: et quod quavis, civitas quae optime regitur, quam proximè ad hoc accedit. Quoties, ut arbitror, civium cuiquam boni aliquid, vel mali contingerit, talis viri civitas suum esse clamabit eum qui sic afficitur, atque ideo tota vel latabitur vna, vel dolebit. Necessè est ita in civitate optimis legibus gubernata contingat. Sed hora iam est ut ad civitatem nostram redeamus, et quae nunc inter nos constituerit, exquiramus utrum civitati huic conveniat maxime, an aliter

potius.

potius. Licet profus. Sūt & in alijs ciuitatibus principes et populus, et in ista similiter? Sunt. Atqui oēs isti ciues se alterutrum appellabunt? Quidni? Sed prater ciuis nomen, quō in alijs ciuitatibus populus principes vocat? In pluribus quidem dominos, in populari aut gubernatione principes. At nostra ciuitatis populus, quō ultra ciuis nomen principes nuncupabit? Seruatores auxiliariosq;. Quo aut modo isti populum? Mercedis tributores & nutritores. Qui vero in alijs praesunt, populū? Seruus. Principes ipsi se inuicem? Cōprincipes. Nobri autem? Concustodes. Putas esse aliquē inter aliarum ciuitatum principes, qui ex collegis alium sibi propinquum, alium extraneum vocet? Equidē multos. Propinquum igitur tanquā suum & putat & dicit: extraneum vero, ut non suum. Planē. E nostris autem custodibus, estne ullus qui collegarum quempiam extraneum arbitretur ac vocet? Nullus. Cuiusq; n. quis occurreret, vel fratri, vel sorori, aut patri, aut matri, aut filio, aut filia, siue horum natis, seu maioribus putabit occurrere. Praclare loqueris. sed ad hoc quoq; responde. Vtrum ciuibus tuis nō a duntaxat inuicem propinqua familiaria lege statuet? an prater ea propinquitatis officia, ut videlicet ita se gerat, ut appellationis ipsius dignitas postulat, seruentq; erga parentes, q̄cunq; lex exhiberi illis praecipit, reuerentiam, curam, obedientiam: alioquin & deos & hoīes infensos habeant, ut potē qui neq; sancta, neq; iusta agant, si contra fecerint? Aliine in hac tua ciuitate sermones quā hī, cunctis ex ciuibus, protinus ad aures puerorum circūsonabunt, & aduersus parentes quoscunq; illis qui indicauerit, & aduersus alios genere proximos? Hi certē ipsi. Absurdum n. id esset, si domestica nō a tantum ore, sine officio proferrentur. In hac igitur ciuitate maximē oīum, vno aliquo benē, vel malē affecto, vno ore clamabunt omnes, Meum benē se habet, vel meum se habet malē. Vera loqueris. Cū hac opinione ac verbis hōi sequi dicebamus, ut & voluptates cōes sint & dolores. Et rectē quidem. In eo igitur maximē nostri ciues inuicem cōcabunt, quod meum dicent: ex qua cōione sequetur, ut voluptates & dolores cōes habeant. Penitus. Horum vero causa vna cū reliqua ciuitatis constitutione, est ipsa custodum circa mulieres filiosq; cōmunio. Sic est omnino. Enimvero summum hoc ciuitati bonum esse confessi sumus, cū ciuitatem rectē gubernatam similem esse diceremus corporis, cū singulis partibus suis circa voluptatem & dolorem quoquo modo communicantis. Et meritō quidem concessimus. Maximi itaque boni causa ciuitati nobis paruit esse ipsa inter auxilios mulierum filiorumq; cōmunio. Valde. Atqui & superioribus hac consonant. Diximus enim neque domos proprias his esse debere, neq; agros, neq; possessionem aliquam, sed ab alijs accipere nutrimenta mercedem custodiae, & cōmuniter omnes consumere, si veri custodes futuri sunt. Probē. Nōne quod ipse ait, & quae supra, & q̄ nunc inducta sunt, maximē faciunt, ut veri hi custodes euadant, neque diuidant ciuitatem, dum meum dicant non idem oīum, sed aliorum aliud esse, & alius in propriam domum trahat quodcunq; seorsum ab alijs usurpare voluerit, alius in suā ab alijs diuersam domum: & ex proprijs mulieribus ac filijs, diuersi diuersis latentur & doleat: imō verō ut ex vna proprij

eiusdem oīum suā, in idem tendentes oēs quoad fieri potest, similibus voluptatibus, & doloribus ysdē, siquid accidat, afficiantur? Maximē. Quid aut? iudiciorū controuersia accusationesq; mutuae, nōne cessabunt omnes, quandoquidem nec proprium quicquā prater corpus quisquam habebit, reliqua vero cōia? Vnde sequitur, sine seditione illos fore, quantū ad eas lites attinet, quae pecuniarum, vel filiorum, vel propinquorū causa oriri solent. Neceesse est oīno hac abesse. Quin neq; de vi illata vsquā contendetur. Nempē asseremus honestū & equū esse, ut aequalē aequalis ab iniuria arceat, tutandis corporibus necessitate imponentes. Probē. Atqui & hoc rectum lex hac continet, quod si quis alicui irascatur, iramq; explere cōtendat, minus ad maiores maiorūmue transibit seditiones. Sic est profus. Seniore quippe lex nostra cōstituit praesse oībus iunioribus, eosq; corrigere. Perspicuū id quidem. Constat prater ea quod iunior in seniore nisi iussu principum sauiet nunquā, neq; cadere audebit, ut decens est, neq; ignominia vlla afficere. Metus nāq; & pudor custodes sunt ad hac prohibenda sufficientes. Pudor quidē non permittet eos quos parentes suspiciantur, violare. Metus aut ab iniuria absterrebit neq;, timentem scilicet neceteri oēs, partim ut filij, partim ut fratres, partim ut patres oppresso succurrant. Ita profus accidit. Omnino igitur ex his legibus ciues inuicem in pace vitam agent. Sumoperē. His aut inter se minimē dissidentibus, haud metuendum est nequando ciuitas alia vel aduersas hos, vel ipsi inter se pugnent, seditionesq; moueat. Non certē. Pudet referre, quia minus deceat, minutissima quaque mala a quibus liberi ciues erunt. Adulationes certē ab erunt, quibus aduersus diuites, inopes vti solēt. Solicitudo item indigentū atq; dolores, quibus in filijs nutriendis, quarendisq; pecunijs propter necessariā domesticorum seruorumq; nutritionem vexantur, dū & fœnoribus dat operam, & negant qua acceperunt, & q̄stui vndecunq; student. Seponunt prater ea apud mulieres ministrisq; permulta q̄ ad tempus condantur. Nam quā multa, et qualia in his hoīes patiuntur, o amice, & ipsa per se cuiq; patent, & illiberalia sunt, & indigna narratu. Patet planē vel caco. Porro ab his oībus liberi erunt, vitamq; agent beatiorē beatissima illa eorū vita qui uicerūt Olympia. Quarōne? Nempē illi ob exiguā eorum q̄ hi possident partem, beati putantur. Nā & victoria horū preclarior, & perfectior ex publico alimonia: horumq; victoria, ciuitatis totius est salus. Alimenta prater ea & quaecunq; ad victū necessaria ipsi eorumq; filij coronationis loco accipiunt. Honores insuper & p̄mia ab ipsa Rep. uentes consequuntur, & vita functi digna sepulchrorū suis virtutibus monumenta. Hac certē admodum egregia sunt. Meministi quod in superioribus nescio cuius oratio nobis obiecit, tanquā custodes minimē beatos efficere mus? ut potē qui nihil haberent, cū tamē liceret illis ciuim oīa possidere. Ipsi aut respondimus, in posterum nos sicubi contigerit, consideraturos: Nā in praesentia custodes quidem, reuera custodes facere nos, ciuitatem verō quoad possemus beatissimam: neq; ad vnam quādam eius partem, sed ad totam respicientes, beatitudinē illam exquirere. Memini equidem. Nunc certē auxiliariorū vita, quando longē preclarior ac melior, quā eorum qui Olympia vincunt, apparet, nequaquam coriario-

Metus & pudor custodes sufficientes.

L iij rum

De nominibus ciuim ac magistratum.

Quando oportet ciuim suu habere.

rum, aut aliorum artificum, aut agricultorum vita simili esse videtur. No certè, ut & ipse arbitror. Verù tamen quod & supra dixi, par est ut hic repetā: quod si ita custos beatus fieri studeat, ut non sit custos, neq; sufficiat ipsi vita adeò moderata & stabilis, & ut nos asserimus optima: sed insana et puerilis exorta felicitatis, opinio, rapiat eum ob ipsam potentiam ad oia quae in ciuitate sunt sibi vendicanda: cognoscat Hesiodum sapienter illud dixisse, dimidium esse plus quam totum. Si me consultore videretur, hac in vita manebit. Probas igitur cõionem, quã mulieribus cum viris tribuimus, quã ad disciplinam, filiorum susceptiõnem, custodiam ciuium, ut vnã cum viris in pace gubernent, in bello militent, custodiant vnã, & canum instar venentur, oiumq; officiorum oino quoad fieri potest, participes sint. Ac dum hac agunt, optima agere illas concedis, neq; contra naturã fœminã, qua instituta est ut cum mare coicet. Probo equidẽ. Nonne restat deinceps ut id declarem, vtrum esse possit hac in hominibus quemadmodum in reliquis animalibus cõmuniõ, & quo pacto esto possit. Occupaui prior quod ego interrogaturus erã. De re quidem bellica manifestum esse arbitror, quo pacto eam tractant. Quoniam pacto? Militabunt profecto cõiter, tam mares quam fœminã, ducentq; adubros filios secum ad praelium: ut quemadmodum aliorum opificum filij, & hi patrũ suorum opera cernant, q̄ ipsi quoq; cum ad maturam etate peruenierint, effecturi sunt: atq; insuper ut parentibus auxilio sint, ministrentq; oia quae ad bellum spectent, patresq; & matres curent. An nõ aduertisti quod in artibus accidit, veluti quã diu singulorum filij fingentes patres spectant, eisq; ministrant, antequam ipsi quicquã fingant? Maxime. Nũquid diligentius illi quã custodes filios suos erudire debent peritia & inspectione operum cuiq; conuenientium? Ridiculum id quidem esset. Quinetiam oẽ genus animalium natura presentibus ardentius pugnat. Est ita. Verum periculum est permaximũ, o Socrates, ne si forte, ut accidit in bello, fors aduersa contigerit, filios quoq; secum perdant, ex quo ciuitas nimis multis orbatã hõibus, resurgere rursus ad praelium nequeat. Vera loqueris. Sed tu fors in primis ita se cõparare quẽ oportere existimas, ut nullum vnquam periculũ subeat. Nullo modo. Quid? Nonne tunc in discrimen veniendum, vbi qui se egregie gesserint, praestantiores euadent? Perspicuũ est. Nũ parum interesse censes, indignumne quod propter periculũ suscipiatur, ut spectent, vel non spectent res bellicas pueri, qui milites futuri sunt? Imò verò referre ad id quod ais. Dãda igitur opera est, ut bellum pueri spectent duntaxat, et quã rone tuti sint, excogitandum, atq; ita recte fiet. Nẽpe. Principio parentes eorum haudquaquam ignari erũt, sed quo ad hõibus concessum est, ad discernendum perspicaces quibus in castris periculum insit, quibus non insit periculum. Verisimile id quidem. Ad tutiora itaq; ducent eos, ad alia minime. Probo. Deinde rectores illis praeficient, non ignauissimos quosq; sed hões & usu rerum & etate idoneos duces & pedagogos. Ita decet. Verũ multa dicemus praeter opinionem multis hõibus euenisse. Et maxime quidẽ. Horum causa, o amice, statim à teneris annis alã quãdam applicandã puerulis, ut si quãdo opus fuerit, volãtes protinus aufugiant. Quõ istud ais? Equitare consuecant primis ab annis pueri: cumq;

Mulieres
et filios a-
dultos mili-
taro.

Pueri duce-
di sunt ad
spectandas
pugnã.

hoc didicerint, equis ad spectaculum belli ducentur, non ferocibus quidem, aut nimium bellicosis, sed quã velocissimis, & habentibus facile obsequentibus, atq; ita cõmodissimè opus suum prospicient, securissimeq; euadent siquid aduersi contigerit, seniores duces sequentes. Scitè admodum loqui mihi videris. Quid de his quae ad bellum attinent, dicendum? Quae seruanda militibus ad se inuicem & aduersus hostes? Nunquid recte sentio, necne. Quidnam? Arbitror eum qui in acie ordinẽ deseruit, del arma abiicit, vel tale aliquid propter timiditatem cõmisit, ad opificum ordinem vel agricultorum esse transmittendum. Sic decet. Eum vero qui viuus ab hostibus captus fuerit, etiam gratis reddere volentibus, relinquendum, ut prada quocunq; libet, utantur. Omnino. Qui aut egregie sese gerens excelluerit, primo quidem in ipsa expeditione ab ijs qui vnã militant adolescentibus ac pueris, fingillatim à quolibet coronandus, nonne tibi videtur? Mihi verò. Quid? nonne & dexteris iungere illi debebit? Et hoc. At hoc praeterea tibi forsitan nõ videtur? Quid? Ut oscula à quolibet accipere debeat ac dare. Imò verò maxime oium. Atqui & legi huic addendũ existimo, ut quoad in ea expeditione fuerint, nemini renuere liceat, quocunq; osculari ipse desiderauerit, ut si quis alius amore captus fuerit vel maris vel fœminã, acrior sit ad victoriã consequendã. Praclare. nam quod nuptia strenuis viris facilius parata quã alijs, & cooptationes frequentiores erunt, ut quã plurimi ex his nascantur, iam dictũ est. Diximus certè. Etenim secundum Homerum eiusmodi iuuenes iustũ est maxime honorare. Nã ipse. Atacem bello praecellentẽ, dixit a suis ab hõibus honoratum, quasi hic pubescenti hõi ac forti cõueniens sit honor, ex quo cum honore simul & robur augeatur. Et est admodum. In his ergo Homero parebimus. Etenim nos in sacris ceterisq; hõi viros bonos quo magis excellent, eo magis & hymnis, & his quae modo diximus, honestabimus, sedibus item & carnibus, plenisq; patris, ut & honoremus vnã viros praestantes mulieresq; et exerceamus. Bellissime loqueris. Eum vero qui in militia quum se strenuè gesserit, obiit, primũ aurei generis esse dicemus. Maxime oium. Deinde Hesiodo fide adhibita, asseremus, quicunq; hoc ex genere decedunt è vita, daemones effici sanctos terrestres, optimos expulsores malorum, custodesq; mortalium. Ita certè credemus. Cõsulemus ergo oraculum, quo pacto beatos diuinisq; viros condere deceat, & quibus insignibus praecipue decorare, atq; ita condemus ut iusserit. Proculdubio. Reliquum itaq; tempus sepulchra eorum veluti daemõnum colemus, atq; adorabimus. Eadem quoq; seruabimus erga illos, qui cum praecipua probitate pollere in vita iudicati fuerint, senio aut alio quodam modo è vita cesserunt. Decet sane. At quomodo aduersus hostes nostri se milites gerent? Qua in re? In primis quidem de seruitute quaerõ, vtrum iustum esse censeas, ut Graeci Gracis vbes in seruitutem redigant: an potius, ut neq; ab alijs fieri istud permittant, ac pro viribus obstant, consuecantq; Gracorum generi parcere, cauentes ne barbaris ipsi seruire cogantur. Omnino & ad oia refert Gracis parcere. Ergo nostri exercitus neminem Gracum facere seruum debet, sed & Gracis alijs consulere potius, ut ipsi ab hoc caueant. Profsus. Nam ita facilius ac fortius contra

barb

barbaros insurgent, & ab se inuicem abstinebunt. Quid aut? spoliare mortuos præter arma, postquam vicerunt, honestum est, an non? An occasionem hoc præbet timidus, ne aduersus hostem aduentent, quasi magnificum aliquid moliantur, quando inter cadauera volutantur? At. n. rapiendi cupiditate multi iam exercitus perierunt.

Maximè. An non illiberale quiddam, cogitationis auara, muliebris, ac vilis esse videtur cadauer expoliare, hostemque putare mortui corpus, cum aduersarius ipse abierit, eo quo pugnabat relicto? Nam censes eos qui hoc agunt, differre à canibus aduersus iactos lapides irascensibus, eo qui iacit dimisso? Nihilò equidem differre arbitror. Quare à rapinis homini abstinentum est. Victoria manz obsunt. Abstinentum penitus. Neque, et in templum arma transferemus, ea Deo sacraturi, præsertim arma Græcorum, si modo nobis cura est cum Græcis alijs benevolentia. Maximè verò formidabimus, ne scelus impium sit, talia à proprijs in sacrâ transferre, nisi quid aliud deus dixerit. Rectè admodum. An tui milites, Græcorum quibuscû pugnabunt, agros depopulabuntur, ac domos incendunt? Libenter quid tu de hoc sentis, audire. Mihi quidem nihil tale videtur agendum esse, sed fructus annuos duntaxat auferendos. Vnde causam dicæ?

Equidem. Videtur mihi sicuti nô a hæc duo sunt, bellum ac seditio, ita & duo quedam duabus subesse differentijs. Dico aut duo hæc, aliud quidem proprium & cognatum, aliud alienum atque extraneum. Inimicitiam quæ inter nos est, seditionem: quæ inter extraneos bellum vocant. Haud ab re est quod ais. Animadverte nunquid & hoc ad rem dicam. Aio equidem Græcos oēs inter se propinquos esse genera atque cognatos, à barbaris aut diuersos atque extraneos. Præclare loqueris. Quoties igitur Græcia aduersus barbaros, vel contra Græcos barbari ipsi pugnabunt, bellum gerere asseremus, & hostes esse natura, & has inimicitias bellum vocabimus. Quando verò Græci aduersus Græcos insurgent, dicemus eos natura quidem amicos esse, morbo aut laborare in hoc Græciam, & seditionibus agitari, & seditionem has inimicitias appellabimus. Assentior equidè. Si in seditiosa ciuitate Vtriusque factionis hostes aduersariorum agros deturbarent, inflammarentque domos, vides quam perniciosa futura seditio sit, neutriusque illorum patria sua cultores? Quippe si eam amarent, nunquã certè auerent nutricem matremque vastare. sed satis esse factum putarent, si victores aliorum raperet, fructus existimantes nõ semper se inuicem pugnaturus, sed quãdoque recõciliandos. Mitiorum profectò horum hæc est sententia. Ciuitas hæc quam condimus, nõne Græca? Decet. Ergo & æqui & mites in ea ciues.

Maximè. Quare Græcorum amici. Nempe oēm Græciã sibi coniunctam existimabunt, & sacra habebunt ut alij, inter se cõia. Sumoperè. Itaque contentionem sibi aduersus alios Græcos exortã, tanquam cum suis geri putabunt, seditionemque vocabunt, non bellum. Sic prorsus agent. Ergo tanquã qui recõciliandi quandoque sint, altercabantur. Ita certè. Pia itaque sententia & temperato animo agent, nõ ad seruitutem aut necè respicientes, tanquã qui hostes minimè sint. Hoc Vtriusque modo. Nõ ergo Græciã, cû Græci sint, destruent, neque domos incendunt, neque putabunt in singulis ciuitatibus oēs sibi aduersos esse & viros, & mulieres & pueros, sed paucos admodum inimicos, eos

duntaxat qui fuerint discordiæ causa. Quamobrè neque regionem deuastabunt eorum quasi ut plurimum amicorum, neque domos subuertent, sed eatenus decertabunt, quantum qui discordiæ causam dederunt, infontibus pœnas soluant. Assentior equidem ita esse Græcis pugnantibus repugnandum, contra barbaros aut ita auctos esse debere, ut nunc Græci contra Græcos affecti sunt. Ponamus itaque legem hanc custodibus, ut neque populentur agros, neque igne ades absumant. Ponamus profectò, & hæc vna cum superioribus rectè se habere, asseueremus. Sed mihi quidem videris, ò Socrates, siquã te alia quãdã narrare permittat, nunquã illius te recordaturum, quod in superioribus præmittens, hæc oĩa in mediũ adduxisti: quod videlicet possibile sit hanc remp. fieri, & quo pacto fieri possit. Nã si extiterit, quod bona oĩa ciuitati ipsi prouentiant, nõ dubito: quin & ea et quæ tu præmittis, quod videlicet ciues illi contra hostes strenuè pugnabunt, eo quod se inuicem nequaquã deserent, cognoscetes se inuicem esse propinquos, perque hæc nõ a mutuo se vocantes, fratres, patres, filios. Quod si & scæminæ militent vna, siue eodẽ in ordine, siue sequenti acie, ut & terreantur hostes, & cû necessitas postulauerit, viris auxiliũ afferatur, certè scio inexpugnabiles eos fore: & quot bona eos domi sequatur, etsi dicta oĩa non sunt, intelligo. Verũ tanquã cõcedente me hæc oĩa & alia permulta, si fiat hæc res, prouentura, ne plura de ipsa superinducas, sed hoc ipsum iam conemur nobis persuadere, quod possibile sit, & qua rone possibile hanc extare rep. Cetera verò mittamus. Subita quadã incursionem sermonẽ meũ iterum inuastisti, neque mihi ignoscis militiã laboribus iam defesso, neque aduertis forsitan quod nix me duobus è fluctibus emergentẽ, nunc in tertium retrudis pelagus profundissimũ. Quod postquã videris audieris, dabis certè mihi veniã, cognoscetes haud iniuria extimuisse me sermonẽ ad eò ab opinione hominum abhorrentẽ ingredi. Quo plura in hæc sententiam cogeres, eo minus dimitteris à nobis, quo minus ostendas qua rone fieri possit hæc res. Quare dicas iam, nec ultra cõteris. In primis meminisse oportet, quod nos inquiretes quale quid iustitia & iniustitia sit, huc disputando deuenimus. Oportet sanè, sed quorsum hæc? Nõne si quale quid iustitia sit cõspexerimus, nõ virũ iustum censebimus, nihilò debere ab illa differre, sed talẽ esse oĩno, qualis ipsa iustitia est? an satis esse factum putabimus, si quã proximè ad eã accesserit, & maximè oĩum illius sit particeps? Ita planè satis habere putabimus. Exẽplaris igitur causa quale quid iustitia sit, quæsumimus, & qualis vir perfectè iustus si extet: iniustitia rursus qualis, & iniustissimus homo: ut quales ipsi quo ad beatitudinẽ & miserã esse nobis cõtuentib. videretur, cõgeremus & de nobis ipsi fateri, talẽ nostrũ quẽque sortẽ habiturũ, quisquis è nobis illis se præstiterit quã similitimũ. Nõ aut ob id perscrutati hæc sumus, ut monstraremus eã fieri posse. Vera hæc sunt. Ceteros aliquẽ ex hoc minus bonum fore pictorẽ, quod postquã humana pulchritudinis exẽplar absolutũ ediderit, nihilò de specie prætermiserit, nequeat demonstrare, hominem talem reperiri posse? Nequaquã. Nõne & nos præstantissimæ ciuitatis oratione exẽplar effinximus? Prorsus. An igitur eo minus nos rectè loqui existimas, si ostendere nõ possumus, talẽ extare posse ciuitatẽ, qualẽ ipso sermone depinximus? Minimè.

Sic Vtriusque se veritas habet. Quod si et hoc præterit tui cau

sa de

Græcos cõ-
munitos esse.
Quid bellũ.
Quid sedi-
tio.

sa demonstrandum, quo modo, & secundum quid maxime effici possit, rursus ad hanc ostensionem hac ipsa mihi fateare oportet. Quae nam? Nunquid sic fieri quicquam possit ut dicitur, vel ita natura comparatum est, ut actio minus quam sermo veritatem attingat, licet alicui non videatur? Tu vero utrum das istud, an non? Do equidem. Ne me cogas igitur ut qualia verbis haec figurauimus, talia penitus digito indicare debeam. Sed si valeamus adinuenire qua ratione quam proximè ad hac accedat Reip. institutio, fatendum est comperisse nos quemadmodum qua tu praecipis, effici possunt. An non satis esse factum duces, si horum compos efficiaris? Nā ego quidē sat habere.

Ego quoque. Conemur igitur declarare posthac, quid istud sit propter quod in ciuitatibus male agatur, quo minus sic regantur, & utrum vnus cuiusdam exigui mutatione ciuitas ad hanc formam instituat, quidue illud sit: & nunquid maxime vnus mutatione id fiat, vel saltem duorum, an plurium, sed quam paucissimorum, & potentia minimorum. Sic omnino. Vno quodam mutatione ostendere id possumus quod caderet, quod quidem non est paruum, nec facile possibile tamē. Quid istud? Ad id redeo equidem, quod ingenti fluctu comparauimus. Dicitur igitur, quanquam suspicor ne effusiore perniciorum risu inundante penitus obruatur. Considera quod dicturus sum. Dic iam. Nisi philosophi ciuitatibus dominentur, vel hi qui nunc reges potentesque dicuntur, legitime sufficienterque philosophentur, in idemque civilis potentia et philosophia concurrant, neque quod nunc sit, à diuersis duobus tractetur ingenijs, non erit ciuitati, vel, ut mea fert opinio, horum generi requies vlla malorum, neque prius haec res quam verbis exposuimus, oriatur pro viribus, & lumen solis afficiet. Hoc est, quod ego iam dicere vereor, quasi sit incredibile dictu. Nā haud facile persuadetur, nullam aliam gubernationem priuatim vel publice futuram felicem. Ex hac tua oratione, o Socrates, existimato lacepsitos plurimos, nec viles quidem homunculos, abiectionibus susceptisque undecumque contigerit armis, impetum in te facturos, & magnum quiddam conaturos. Quibus nisi oratione occurris, defendensque te, verè plurimis conuictis laceratus dabis poenas. An non tu horum mihi causa es? Et rectè quidem. Verum haud te prodam, imò certè defendam quibuscumque potero. Possum certè beneuolentia exhortationibusque, ac fortè diligentius, quam quiuis alius respondebo. Quamobrem tamquam hoc defensore adiutus conare his incredulis demonstrare, ita esse ut dicis. Annitendum profecto, postquam & tu acriter propugnaturus videris. Necessarium mihi videtur, si eos effugere volumus, declarare illis in primis, quales viros esse philosophos arbitremur, cum illis exhibemus imperium: ut his patefactis possit aliquis opem ferre, ostendens quod hos quidem decet ex ipsa natura, & philosophia studium, & reipub. administrationem attingere: alios autem nequaquam attingere, sed ducentibus illis obtemperare. Declarandum iam. Age hac me sequere, si quo modo exponere quod satis sit, valeamus. Duc. Nunquid admonendus es? an satis ipse meministi, quod quando aliquem amare aliquid dicimus, videatur oportet, si verè id dicitur, non partim illud diligere, partim minime, sed erga totum affici? Admonitione equidem egeo. Nā non satis teneo. Alium quicuis potius decebat, o Glaucō, ita loqui. Virum

Aut philosophos regnare, aut reges philosophari oportet, si ciuitas debeat esse felix.

autem amori plurimum indulgetem ignorare non decet, quod omnes in aetate flore constituti, puerorum amatore quoquo modo stimulant atque concitant, cum digni cura ac dilectione esse videantur. An non sic erga speciosos adolescentes affectus estis? Alius quia simus, gratiosus à vobis iudicatur laudaturque, aequilinum verò regium appellatis. Alius quia medijs istorum est, concinnus admodum vobis esse videtur. fuscus viriles vocatis: candidos, deorum filios. pallidum autem adolescentem quis, nisi amator ipse blandiens quodammodo, & suffusus appellatione appellauit, in ephebis scilicet pallorem facile ferens? Et, ut summam dicam, quascumque captatis occasiunculas, quo neminem omnino florentis aetatis adolescentem reiciatis. Si in me ostendere cupis quo pacto amatores efficiantur, disputationis gratia hoc accipio. Quid vni auidos? nonne similiter affectos vides? quodlibet vinum quacumque capta occasione vehementer expetere? Valde.

Quinetiam aduertisse te arbitror, quod ambitiosi homines, si exercitus totius praefecturam assequi nequeunt, saltem tribuni effici volunt: ac nisi à magnis venerandisque hominibus honorentur, honorem ab ignobilibus accipiunt, ut potè qui honorem prorsus affectent. Magnopere. Fateberis hoc, an non? Nūc eum quem amare cupiam dicimus, omnem illam rem arde dicemus? an partim exoptare rem eam, partim nequaquam fatebimur? Omnino.

Nonne ergo philosophum sapientia studiosum esse dicimus, non huius quidem auidum, illius non, sed ois partius sapientia? Vera loqueris. Eum igitur qui aliquam spernit doctrinam, praesertim dum est iuuenis, neque dum ratione delectum habet quid conferat, qui due non conferat discernentem, nequaquam discendi cupidum, vel sapientia amatorem esse assenerabimus: quemadmodum illi qui fastidit epulas, neque esurire dicimus, neque epulas concupiscere, neque amatorem cibi, sed contemptorem vocamus. Et merito quidem. Horum verò ad quamlibet doctrinam degustandam propensiosem, ad discendumque promptissimam, & inexplebiliter inhiantem, merito philosophum nuncupabimus. Nonne? Nuncupabimus. At verò multi et absurdi quidem homines tales esse comperientur. Nam quae spectaculorum auidi sunt, discendi cupidi oes esse videntur: & ad audiendum curiosos homines, absurdum est philosophos dicere, qui ad rationem dicendi differendisque haud libenter accedunt: verum ad oes choros protinus audiendi quasi auribus mercede conductis, in Bacchanalibus obuersantur, cantusque oes, siue in urbe, siue in suburbis agantur, audire percipiunt. Nunquid istos oes ac alios talium quorundam percipiendorum cupidos, & artibus viliissimis incumbentes, philosophos nominabimus? Nulla modo, sed philosophis similes. Veros autem philosophos, qui appellas? Veritatis inspicienda cupidos. Rectè quidem istud, sed quomodo id dicis? Haud facile istud ad alios eloqui. Te autem hoc mihi daturum arbitror. Quid potissimum?

Postquam contrarium est turpi pulchrum, duo haec esse. Quidni? Et postquam duo haec sunt, singula vnum erunt. Et hoc. De iusto quinetiam & iniusto, bono & malo, speciebusque omnibus ratio eadem. Nam quodlibet istorum, vnum ipsum est: corporum verò actionum & alterna communione passim apparentia, singula multa videntur. Scite loqueris. Hac equidem ratione distinguam, seorsum quidem quos tu modo dicebas, curiosos ad videndum,

dum, audiendum, artesq; tractandas, seorsum quoq; & illos de quibus est sermo, quos solos merito quis philosophos appellabit. Quo istud ais? Homines oculis & auribus dediti, pulchris vocibus, coloribus, & figuris, & oibus quae ex talibus constant, admodum delectantur, ipsius aut pulchri naturam cogitatio eorum non potest attingere. Sic est. Qui vero ad ipsum pulchrum ascendere valeant, & secundum seipsum inspicere, nonne rari? Rari admodum. Qui res istas pulchras existimat, ipsam vero pulchritudinem neq; putat esse: neq; si quis ducat, ad perceptionem, eius attingere potest: Verè sapere tibi videtur, an in somnijs ludi? Considera itaq; somniare non id est, quando siue dormiens quis, seu vigilans, quod alicui simile est, non simile, sed ipsum esse censet cuius est simile? Somnia videre hunc ego dicerem. Quid vero? qui contra affectus est, intelligitq; quid ipsum pulchrum, ac discernere valet & ipsum, & quae ipsius participant, adeo vt neq; ipsum illa esse, neq; illa ipm putet, vigilne viuit, an oscitans? Certè peruigil. Huius igitur cogitationem vt cognoscentis, cognitionem iure vocabimus: huius tanquam opinantis, opinionem. Omnino. Si nobis succenseat is quem opinari dicimus non cognoscere, negetq; nos vera loqui, qua rone eum mitigabimus, sensimq; & blande persuadebimus sanae mentis eum non esse? Oportet sanè. Aduerte quid ad eum dicemus. Si vis, sanè hunc in modum ab eo sciscitabimur, dicetes, quod siquid nouit, nulla inuidia: sed gratum erit nobis & ipsum scire aliquid, & quid sciat, nouisse. Sed mihi id dicas. Quicunq; cognoscit, cognoscitne aliquid aut nihil? At tu mihi eius loco responde. Aliquid certè. Vtrū quod est an quod non est? Quod est. Quo. n. modo quod non est, cognosci potest? Sufficietè istud costabit, si varia sub rone peruestigetur, quod videlicet oino ens, oino & cognosci potest: nullo modo ens, nullo modo cognosce. Sufficientis simè. Siquid aut ita se habet, vt & sit & non sit, nonne medium erit inter id quod est oino, & id quod nullo modo est? Medium. Circa id quod est, cognitio ipsa versatur. Ignoratio ex necessitate circa id quod non est. Circa medium istorum, medium quoddam inuestigandum, scientiam inter & ignorantiam, siquid hmoi reperitur. Prorsus. Nū aliquid esse opinionem dicimus? Quidni? Vtrū eandem potentiam cum scientia, an diuersam? Diuersam. Ergo circa aliud quidem versatur opinio, circa aliud aut scientia, vel secundum potentiam eandem, vel secundum eandem vtraz; suppositis potentiam. Est ita. An non scia quidem circa id quod est, ea rone qua ens est cognoscit? Imò verò necessarium esse censeo, vt prius ista distinguā. Qui? Dicemus vtraz; potèrius esse genus aliquod eorū quae sunt, quibus & nos possumus quicunq; possumus, & aliud, quodcunq; aliquid potest. Veluti visum & auditū potentias quasdam voco, si modo quod loquor intelligis. Intelligo equidē. Audi quod mihi de his videtur. Nā ego quidem ipsius potentia neq; colorem video a liquem, neq; figurā, neq; quicquam talium, qualia pluriū reliquorum, ad q; respiciens, aliqua apud me distinguo, haec alia esse, alia illa. In potentia verò ad aliud solum aspicio ad quod est, quòdne agit: & hac rone, quālibet ipsarum, potentiam nuncupau: & illam quidem q; ad idem tendit, idemq; agit, eandem voco: aliam vero illam qua ad aliud spectat, & aliud operatur. Tu verò

quid in his agis? Quod & tu. Age rursus ad haec conuertere, o vir optime. Vtrum sciam potentiam quādam esse dicis? an in genus aliud refers? Potentiā, & oim profecto validissimam. Opinione verò, potentiamne, an aliud quiddam esse dicemus? Potentiam certè. Nā quo opinari possumus, non aliud est quā opinio. At paulò antè confitebaris, non idem esse scientiam & opinionem. Quo pacto quis mentem habens idem asseret quod falli potest, & quod non potest? Optime quidem. Constat itaq; aliud esse apud nos ab opinione sciam. Aliud planè. Vtraz; igitur circa aliud, aliud operari suapte natura potest. Necessè est. Scientia quidem, circa id quod est, ipm ens vt se habet cognoscere. Sanè. Opinio aut opinari. Et hoc. An idè quod & scientia noscit? eritq; idè quod opinione percipitur, & quod scientia? an potius impossibile? Impossibile certè ex his qua concessimus. siquidem circa aliud alia potentia ipsa ex natura versatur: potentia verò vtraz; sunt, scientia scilicet & opinio: alia itè vtraz;, vt est dictum. Ex his aut fieri non potest, vt idè sit quod scientia comprehenditur, & quod opinione concipitur. Nonne igitur si ipsum ens cognitione percipitur, id quod concipitur opinione, aliud quiddam prater ipsum ens est dicendum? Aliud. Nunquid non ens opinatur? an impossibile est opinari non ens? Sic autem cogita. Nōne quisquis opinatur, ad aliquid opinionem dirigit? an possibile est opinari quidem, opinari aut nihil? Impossibile. At vnū aliquid opinatur, quisquis opinatur? Proculdubio. Quod verò non est, non vnū aliquid, sed nihil potius est dicendum. Prorsus. Non enti quidem ex necessitate ignorantiam tribuimus, enti verò cognitionem. Rectè admodū. Ergo neq; ens, neq; non ens, opinatur. Sic est. Quare nec ignorantia neq; cognitio erit opinio. Non, vt videtur. Nū extrā haec est supergrediens vel cognitionem perspicuitate, vel obscuritate ignorantiam? Neutrum istorum. An forte tibi videtur opinio cognitione obscurior, ignorantia clarior? Maxime. Inter vtraz; igitur iacet? Certè. Media ergo istorum erit opinio? Media. An non supra diximus, siquid appareret tale vt simul esset & non esset, illud inter verè ens, & omnino non esse ponendum? neq; scientiam ad illud, neq; ignorantiam pertinere, sed quod medium inter ignorantiam rursus appareat & scientiam? Scite. Nunc aut apparuit medium istorum esse, quod opinionem vocamus. Planè. Illud itaq; nobis, vt arbitror, restat inueniendū, quod vtriusq; sit particeps, ipsius esse scilicet & non esse, neutrumq; illorū sincere dici debeat: vt si nobis pateat, opinabile quiddam merito nuncupemus, extremis quidem extrema, medijs autem media tribuentes. An non ita? Ita prorsus. His ita suppositis percontabor eum, qui ipsum pulchrū, & pulchritudinis ideam vnā esse negat, semper eodem modo secundum eandem se habentē: multa verò pulchra esse ducit, & pulchris rebus spectandis deditus, nullo modo admittit vnū esse pulchrum, vnū iustum: similiterq; de ceteris, percontabor inquā hunc in modum, Est ne aliquid ex hisce multis pulchris vir optime, quod non turpe etiam videatur? Itemq; ex iustis quod non iniustum: & sanctis, quod non prophānū? Non, sed necesse est pulchra ipsa turpia etiam & quocunq; alia interrogas, apparere. Quid multa dupla? nū minus dimidia, quā dupla videtur? Nihilominus. Et magna

Philosophi
quos solos merito
philosophos
appellabit.

Somniant
quidam nō
philosophi
tur.

De cognitio
ne & cogno
scibili.

Circa aliud
scientia, cir
ca aliud opi
no.

magna insuper & parua, leuia item & graua, nunquid magis talia quam contraria uocabuntur? Non, sed singula semper utraq; participabunt. Vtrum est magis quam non est unumquodq; multorum, id ipsum quod quis illud esse dicit? Simile hoc est ys qua in conuiuijs ad utraq; partem plerunq; dicuntur, & enigmati pueroru circa enuchum de uespertilionis percussione, quomodo & in quo illum aue arguit percussisse. Hac. n. ambigua sunt, neq; esse, neq; non esse ipsorum aliquid, neq; utraq;, neq; neutra firmiter respondere potest. Habesne qua ratione his utaris? Vel conuenientiore positionem istorum inducere potes, quam mediam inter essentiam & non esse? Neq; n. obscurior quam non ens apparebit ad hoc ut minus sit, neq; clarior quam ens, ad hoc ut sit magis. Vera loqueris. Inuenimus igitur, ut uidetur, quod multa illa qua a multis pulchra, aut alia quoquo modo existimantur, media inter omnino ens & omnino non ens uoluntur. Inuenimus plane. Confessi aut antea fueramus, quod si quid tale apparuerit, non cognitione, sed opinione percipi dicendum, & cum medium peruagetur, media comprehendendi potentia. Concessum fuit. Eos igitur qui pulchra hac multa conspiciunt, ipsum uero pulchrum non uident, neq; eum sequi possunt qui ad id perducatur, & multa contuetur iusta, ipsum aut iustum minimè, & alia similiter, eos opinari cuncta dicemus, cognoscere aut nihil eorum quod opinantur. Neesse est. Quid eos, qui ipsa quaq; contemplantur, semper eodem modo secundum eadem se habentia, non cognoscere potius quam opinari? Neesse est et hoc. Nonne amare hos & admirari ista dicemus, in quibus uersatur cognitio: illos aut, in quibus opinio? An non recordamur quod uoces & colores quosdam, & talia quadam, diximus hosce diligere & intueri: ipsum uero pulchrum quod aliquid sit non admittere? Recordamur. Quare non aberrabimus, si istos, φιλοσόφους. i. opinionis amicos, potius quam philosophos appellauerimus: quantum acriter succensebunt nobis, si ita dicamus. Non si mihi pareat. Nam ueritati irasci nefas est. Itaq; eos qui ipsam unumquodq; per se ens admirantur & diligunt, philosophos, non φιλοσόφους, uocabimus. Ita decet, inquit.

DIALOGVS
SEXTVS DE IVSTO.
MARSILII FICINI
ARGVMENT.



VM leges omnes uel optimae absq; probatissimis magistratibus mortuae sint, magistratus autem optimi uel absq; legibus scriptis ipsi sint uiae leges, merito Plato noster, quemadmodum alias exposuimus, in excellenti republica non in condendis legibus, sed in formandis magistratibus omni diligentia elaborat: atq; id quidem non solum a tenera etate, uerum etiam ab ipso factu studiosè contendit, quo ex electis senibus, continuaq; cultura ad optimam frugem perueniat. Quomam uero hos appellat custodes, custodum autem maximè proprium est prospicere atq; circumspicere, idcirco ingenium praecipue philosophicum, omnium siue controuersia perspicacissimum eligit ad humanum gregem custodiendum. Quippe cum soli huius oculo pateat boni ipsius iustitiaeq; exemplar, ad cuius imaginem bene, iuste, beatè pingenda sit ciuitas. Praeterea pertinet ad custodem esse ueridicū, liberalem, temperatū, fortem, iustum, magnanimum, mansuetum. Eadē quoq; probabit propria esse philosophi, ut deniq; concludatur custodiendi officii praeter ceteris philosopho committendum. Quāobrem eiusmodi esse naturam philosophi, primo proba-

bit: deinde quia generosa natura absq; recta cultura, & semper inutilis sit & sepiusimè noxia, tradet excolendi huius ingenij disciplinam. Interea uero de spurio & adulterino tractat philosophi legitimum philosophum simulante. Itē de abusu quodam philosophandi. Rursus de philosophandi forma ad illum praeter ceteris perimente, qui rempublicam sit quandoq; relictus. Docet aut philosophi maximè proprium esse, per se ueritatis ipsius circa res aeternas amorem. Ideoq; & amorem temporalium & mendaciam a philosopho maximè omnium alienū. Ostendit praeterea philosophi mentem in ipsa ueritatis indagatione se iungi a corpore, atque ex quadam sui cognitione diuinae menti coniungi, ac per insitas sibi ab initio formulas idearum, ideas ipsas attingere, ab eisq; ipso contactu lumen excutere, quomox facta fecundior concipiat, imo facta ualidior pariat ueritatē, id est, per ipsas suas conceptiones ideas undique congruat. Tu uero hic aduerte intelligendi actum, quemadmodum & in Symposio, generationem partumq; uocari. Quod quidem cum Christiana consuetudine theologia, ostenditq; non imaginariam tantum, uerumetiam naturalem quandam inesse menti formam atque ueritatem. Proinde ingenium eiusmodi, & raro admodum, & in paucis nasci putat, & tunc quidem multis tum conditionibus indigere, tum obiaculis impediri. Praecipue uero deprauari sermone & opinione uulgi, multoq; magis uulgi eiusdem opera. Rursus a uulgaribus praereceptoribus qui & ipsi uitam orationemq; suam uulgo quasi adulatores ac commodant, similemque tradunt auditoribus disciplinam. Et uide quam congruè Plato uulgi uasto comparat bruto. Item ciuitates omnes nauibus casu quodam relictas a nauis gubernandi profusus ignis, uirumq; peritiam gubernatoria praeditum deridentibus. Nota uero optima quaeque siue naturae, siue fortunae muneris, si uel negligenter culta fuerint, in mala: uel male culta, in pessima tandem euadere. Praeterea quod interdum, quamuis admodum raro, aliquis in ciuitate male disposita, quales esse omnes indicat, uir magnus probatissimusq; appareat, id non arti, non naturae, sed diuinitati dicitur attribui. Vbi uero de Momo reprehensionis deo mentionem facit, intellige Momum esse diuinam curam prospicientem quid reprehendendum sit in singulis, si aliter quam sunt facta fuissent, ideaq; ita singula disponentem ut inire reprehendi non possint. Assignat praeterea sas quibus ortae in philosophos sint calumniae, quasi uel mali sint, uel inutiles reipublicae. Primo quidem multi quotidie ad philosophiam studium ineptissimi, tam prauo ingenio, quam paruo uultu, non parua tamen ambitione uel auaritia philosophiam inuadit, ac reprehensam, ex eiusq; commercio opinioniones procreant aduersas, ad deridendas, malis praeterea moribus facultatem dederunt philosophicam. Deinde si qui ad id studium nati sunt, uel statim educatione consuetudineq; improba deprauantur, uel si moribus integri peruerant, non tamen conuenientibus disciplinarum gradibus instruantur: uel instructi quidem, ad rempublicam non admittuntur, uel ipsi potius publicis se fluctibus immergere uolunt, certa timentes pericula, desperantesq; se posse inter homines passim corruptos sanè consilij, ciuitati prodesse. Inter haec animaduerte actiua uia procellas, contemplatiuae tranquillitatem, excelsam philosophi mentis, mortalium contemptum, studium diuinorum, formulam quandam pro etatis gradibus doctrinarum. Omnino autem simili ratione erudit philosophum atque ciuem. neq; id quidem inuria. Asserti enim in Politico & Sophista eundem esse uirum regium & ciuem atque philosophum. Oportere uero probat in hoc concurrere duo quaedam genera rarissime in hominibus concurrentia. Naturam uidelicet ingenio acutam, contemplationi aptam, ueritatis auiditate flagrantem: uia cum natura graui, ad agendum strenua, boni publici prouida. Ingenium eiusmodi per omnes disciplinarum gradus perducit, ut patebit in septimo. Iubet quoque exerceri ciuilibus actibus, atque inter uoluptates, dolores, labores, pericula, uel aurum igne diligenter examinari atque probari, prius quam ciuitatis gubernacula sibi credantur. In primis autem ipsius boni sententiam omnium praestantissimam huic iudicat necessariam, affirmatam quemadmodum res omnes absque boni possessione inutiliter possidentur, sic rerum quoque omnium artiumq; cognitionem absque ipsius boni intelligentia esse profusum inutilem: neq; posse ciuem uel priuata uel publica ad bonum rite dirigere, nisi quid boni sit, ratione cognouerit. Etsi diuini huius boni scientia uideri Aristotelico potest superflua ad rempublicam humanis moribus gubernandam, necessaria tamen est ad hanc ipsam gubernationem, per quam Plato in superiori- bus inquit, conandū esse, ciues Deo similes amicosq; reddere. Subiicit praeterea gubernatorem circa singula bona ad bonum ipsum disponenda & excutire, & casu quodā ferri, nisi primam ipsam boni perspexerit formam, omnium exemplar causamq; bonorum. Ut aut animaduertas Aristotelem in Ethicis circa ideam boni aduersus Platonem ludere, lege Platonis uerba diligentissimè ac plane per-